Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



289

Respondentq; aut quidā scribarum dixerunt · magiste bene dixisti · & amplius non audebant eū quicquā interrogare ·,
Principes sacerdotum saducaei & scribae quaerentes occasionem calumniae & uerbū aliquod inuenire qd paterē & insidiis quia in sermonib: confutati sunt ultra non interrogant; Sed apertissime conprehensum romanae credunt potestati ex quo intellegimus uenena inuidiae posse quidem superari sed difficile conquiescere ·, LXXXIII
Dixit autē ad illos: quomodo dicunt xpm filium dauid dicē in libro psalmorū · dixit dns dno meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum · dauid ergo dnm illū uocat & quomodo filius eius est ·,
Interrogatio ihū · nobis proficit usq: hodie contrarii iudaeos & bene enim qui confitentur xpm esse uenturum hominem simplicē & sēm uiru ma dixerunt de genere dauid · Interrogemus ergo eos doctiā dño si simplex homo est · & tantum filius dauid · quomodo dauid uocat eum dnm suum · Non aut reprehenduntur quia dauid filium dixit · sed quia filium di non credunt · Si quidem ipse & dns dauid est · dixit ante tempora manendo & filius dauid apparuit homo in tempore ascendo · Quod aut a patre subiciunt inimicia aut non infirmitatem sibi sed unitatem naturae quā alacro alte operatur significat · Nā & filius subicit inimicos patri quia patre clarificat super terram ·,
Audiente autē omni populo dixit discipulis suis · Attendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis & amant salutationes in foro & primas cathedras in synagogis & primos discubitos in conuiuis ·
Ambulare in stolis cultioribus uestimentis indutos ad publicum procedere significat · In quo inter cetera · diues ille epulabatur cotidie splendide peccasse describitur · Notandum aut quod non salutari in foro non primos sedere uel discumbere uitia eos quib: hoc officiosa ordine conpetit · sed eos inimirum qui haec sine habita seuere faciunt non habita inde bita amant a fidelib: quib: q: quasi reprobi os doctis est canendos · animū uidelicet nondum iuxta districtionem redarguens quā uis & hoc culpa non careat · sed idem in foro utib: inter est · quin cathedrae morem synagogae magistri desiderent appellari duplici sane intentione a uanae gloriae cupidis addendere iubemur · ne scilicet eos uel simulatione seducamur aestimantes bona esse quae faciunt · ut aemulatione inflammemur frustra gaudentes in bonis laudari quae simulant ·
Qui deuorant domos uiduarū simulanter longam orationem hi accipient damnationem maiorem ··
Non tantum ait · accipient damnationem sed addunxit maiorem ut insinuet illos qui in angulis stantes ut uideantur ab ominib: damnationem mereri ·